



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 40. Leidensis, & Duacensis Universitates erectæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

postulans: verum hac Regis petitione Secul.XVI.
A.C.1575.
 omnium animi vehementer commove-
 bantur, sancitumque erat, Regi esse
 exponendum, quod nullo pacto ejus
 postulatis satisfieri posset: itaque ratio-
 nes suas Regii Senatus, redditum Cu-
 riæ, Clerus, vectigalium tribunalia, o-
 mnesque Parisini nomine suo exponi fe-
 cerunt, quibus etiam Sancti Ludovici
 monita Filio suo data fuere adjuncta.
 Rex hac repulsa offensus indignationem
 suam nonnihil dissimulabat, Parisinos
 tamen objurgans eisdem reposuit, quod
 adhuc in regno suo subditos melius er-
 ga patriam affectos numeraret, qui
 præsenti necessitati succurrere parati,
 atque ipsum ad ferendos belli sumptus
 adjuturi essent: enimvero tunc perop-
 portune accidit, ut Gonzaga Nivernii
 Dux opimas ditiones extra Regnum in
 Flandria, necnon Carolus Halvinius
 Pienna de illustri familia ex Pleumosiis
 oriundus avitum patrimonium, quod in
 illis locis possidebant, grandi pecunia
 divenderent, quam summam uterque
 Regi officiose mutuam dabat, acceptis
 in Armoricae Ducatu ex fundis regiis
 pignoris loco amplis vectigalibus.

§. XL.

*Leidenfis, & Duacensis Universitates
 erectoræ.*

T 4

Quam-

Sæcul. XVI.
A.C. 1575.

Quamvis in Belgio haud major vige-
ret tranquillitas, quam in Francia,
nihilominus Bataviæ Ordines pro libe-
ralium artium, ac literarum incremento
sedulam impendebant operam, hinc ut
liberalius bonæ educationi, ac juven-
tutis culturæ prospicereat, Lugduni
Batavorum Universitatem erigebant, in
qua Theologia, Jurisprudentia, Philo-
sophia, Medicina, linguae, & Mathe-
matis a Professoribus traderentur, quibus
etiam congrua stipendia ex Ecclesiasti-
corum proventibus assignabantur. Ce-
terum hæc Universitas nonnisi ex Pro-
testantibus constat, ex qua tamen præ-
clari prodiere Viri, qui sua eruditio-
ne sibi nomen comparabant. Porro pau-
cis ante annis Philippus II. Hispaniæ
Rex ad impensas Pii IV. Papæ preces
pariter Duaci pro Catholicis Universita-
tem ad Lovaniensis Academiæ normam
instituerat, hujusque erectionis diplo-
ma anno Christi millesimo quingentesi-
mo sexagesimo tertio a Pio V. fuit ap-
probatum.

Hoc item anno Domini millesimo
quingentesimo septuagesimo quinto Gre-
gorius XIII. Papa Borbonio, & Guisio
Cardinalibus facultatem concefferat, vi
cujus Jesuitas Parisinæ Universitati ag-
gregari sollicitarent: igitur ea res a Bor-
bonio Cardinale anno salutis nostræ mil-
lesimo

lesimo quingentesimo septuagesimo quinto Joanni de Rouen tum Rectori, ac postea Thomae Scuriono ejus successori proponitur: verum ambo hanc Societatem aggregari constanter renuebant, atque omnia, quæ præfati Patres postmodum impendebant, molimina successu frustrabantur, quamvis enim hi apud Reges, & Principes plurimum gratia valerent, nihilominus Universitas pertinaciter suæ insistebat sententiæ, quin Jesuitæ unquam impetrare possent, ut tanquam Universitatis membra agnoscentur.

Sæcul. XVI.**A.C.1575.****§. XLI.*****Joannis Pauli ab Ecclesia Cardinalis obitus.***

Ex Cardinalibus, qui hoc anno vivis *Ciacon. in eripiebantur*, primus erat Joannes *vita Pont. t.* Paulus *ab Ecclesia* ex nobili genere Tor^{3. p. 1034.} tonæ *incarnationis Dominicæ mil-* *Gabut. in* lesimo quingentesimo vigesimo primo *vit. Pii V.* *Aubery viø* natus. Hic juvenis adhuc parente suo *des Card.* orbatus studiorum caussa Parisios, & Papiam contendit, ubi Doctoratus laurea decoratus in canonica, & civili jurisprudentia tantos fecerat progressus, ut omnes Caussidicos tum Mediolani celeberrimos longe antecelleret: postea in Hispaniam profectus, Terouanæ Ducem comitabatur, ac pro illius caussa

T 5**coram**